Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eius · et turba copiosa · Cum autem appropiaret
porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius
unicus matris sue · Et hec uidua erat: et tur
ba ciuitatis multa cum illa · Quam cum uidisset dominus: misericordia motus super eam dixit illi ·
Noli flere · Et accessit: et tetigit loculum · Hi
autem qui portabant steterunt · Et ait: adole
scens tibi dico surge · Et resedit qui erat mor
tuus: et cepit loqui · Et dedit illum matri sue ·
Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum dicentes · Quia prophe magnus
surrexit in nobis: et quia deus uisitauit plebem
Fres: Videte ne ſ̃ſ̃ · uij · ad colosſ̃ · Sicut
quis uos decipiat per philosophiam et in
anem fallaciam · secundum traditionem hominum
secundum elementa mundi · et non secundum xpm: quia
in xpo habitat omnis plenitudo diuinitatis cor
poraliter · et estis in illo repleti qui est caput omnis
principatus et potestatis · in quo et circumcisi es
tis circumcisione non manufacta · in expolia
cione carnis corpis · sed in circumcisione xpi ·
consepulti ei in baptismo in quo et resurrexi
stis per fidem operacionis dei · qui suscitauit illum
a mortuis · Et uos cum mortui eetis in delictis
et preputio carnis uestre · conuiuificauit cum illo
donans nobis omnia delicta in xpo ihu dno nro ·